INCIP SYNODOS SCĀ GANGRENSIS PRAEFATIO

Dominiſ honorabilibuſ conſacerdotibuſ in armenia
conſtitutiſ epiſcopiſ quorum nomina ſuperi ſunt ſcripta.
& conuenerunt in gangrenſe concilio in dn̄o ſalutem.
Quō conuenit ſcā ſynoduſ epiſcoporum in gangrenſem
eccleſiam. propter quaſdam eccleſiaſticaſ neceſſariaſ cauſaſ in
quirendaſ. & ea quae ſecundum eu ſtaſium geſta ſunt dinoſcenda.
Inuenit multa fieri indecenter ab hiſ qui hunc eundem euſtaſium
ſicut in neceſſario ſtatuit palam factuſ omnibuſ amputare
uniuerſa quae ab eodem mala conmiſſa ſunt. Declaratum ē
enim hoſ eoſdem nuptiaſ accuſare quod nulluſ in coniugali
poſituſ gradu ſpem habeat apud dm̄. unde factum ē ut multe
mulieres relictiſ propriiſ uiriſ. & uiri uxoribuſ deſtitutiſ uinculū
coniugale diſſoluerunt. Continentiam profitenteſ quam cū
retinere non poſſent adulteria commiſerunt. Inuentae ſunt
enim diſſenſioneſ ac ſeparationeſ dominiciſ eccleſiiſ dī docere.
Id ē. & dominationeſ eccleſiaſticaſ. & ea quae in eccleſiiſ
aguntur debere contemni. Priuatiſ conuenticuliſ ſtatutiſ
atque adminiſtrationem eorum quae in domo dī aguntur omnia
preſumere caelebrare. Adhuc etiam ueſtibuſ communibuſ
ſpretiſ nouoſ etiam & inſolitoſ habitoſ adſumſiſſe. Primitiaſ
quoque fructuum & oblationeſ eorum quaſ ueterum inſtituta
tribuit ſibi met uindicaſſe. Id eſt propria ratiocinatione doctrine
tamquam ſanctiſ ſibi eaſ offerri debere. Apud ſe & inter ſe
diſpenſanda. ſeruoſ a dominiſ recedenteſ & per hanc in uſitatem
regioniſ dominoſ contempſiſſe. Mulieres p̄ter conſuetudinem

Gangrense Concilium Celebratum Gangris Urbe Paphlagoniae A°. X. 361. contra Monachum Arian. Eustathium. Vid. Baron.

& sui sexus ornatum · haec se iustificari credentes uirilem
habitum usum coepisse · pluresque occasione religionis tonsas
genuini · Decoris comas penitus computasse · Ieiunia quae in ecclesia
praedicantur contemnenda adseruisse · Nonnullos eorum etiam
cybos carnium tamquam inlicitos reputasse · Indomibus con
iugatorum necorationes quidam celebrari per sua sisse intantum
ut easdem fieri uetent · Oblationes indomibus factas minime com
municandum esse decernant · Praesbyteros qui matrimonia
Nota contraxerunt sperni debere nec sacramenta quae ab eis conficiuntur
adtingi · Loca scorum martyrum uel basilicas contemnere · & omnes
qui illuc conueniunt reprehendere · Diuites fideles qui non
omnibus renuntiant quae possident · spem apud dnm non habere
& multa alia quae numerari nulli possibile est · singulos quoque
Nota bn eorum pro arbitrio suo constituere · Unusquisque eorum per tales
institutiones ab ecclesiastico canone recedentes · tamquam
proprias leges sibimet condidisse · Nec communes his omnibus
& una sententia est · singuli enim prout uidetur & libet ad
accusationem ecclesiae nitendo · tamquam rector non sit uel
addit decreta uel minuit · Propterea ergo coactum est hoc con
cilium ingangrensem ecclesiam habitum canones istos exponere
quibus probantur ne memorati essent extra ecclesiam · Quod
si per paenitentiam condemnauerint haec omnia quae male
senserunt tamquam a se non bene probata acceptabiles fiunt ·
Adque adeos singula quae debent condemnare · synodus credidit
exponenda · Quod siquis non renunciauerit haec quae hodie
constituta sunt tamquam hereticus & anathematizatus & dam
natus abiciatur · & erit non solum excommunicatus uerum etiam

& ab ecclesia habeatur extorris donec depcetur epi. & de
uniuersis quae poene eos dephense atquae detecta sunt prouiderit
quae horum suscaperit obseruandum. INCIPIUNT
REGULAE GANGRENSES.

QUAE POST NICENUM CONCILIUM EXPOSITAE SUNT NUM XX.

DE HIS QUI NUPTIIS EXECRANT.

SIQUIS UITUPERAT NUPTIAS
& dormientem cum uiro suo fidelem ac religiosam
detestatur aut culpabiles estimat uelut qui inregnum di
introire non possint anathema sit. DE HIS QUI
ABOMINANTUR EOS QUI CARNIBUS UESCUNT.

II. Siquis carnes edentem preter sanguinem & idolis
immolatum & suffocatum cum religione & fide condemnat.
uelud spem propter huiusmodi perceptionem non habentem
anathema sit. DE SERUIS QUI IUGUM
FAMULATUS ABICIUNT XPI
ANITATIS OBTENTU.

I. Siquis seruum pretextu diuini cultus doceat dominum con
temnere proprium ut discedat ab eius obsequio nec ei cum bene
uolentia & omni honore deseruiat anathema sit. DE PRES
BYTERIS QUI HABUERE CONIUGIA

II. Quicumque discernit a praesbytero qui uxorem habuit quod
non oporteat eo ministrante de oblatione percipere anathema sit.
DE HIS QUI ECCLESIAE CONUENTUS
SPERNENDOS EXISTIMANT

Siquis docet domum di contemptibilem esse & conuentus qui
in ea caelebrantur anathema sit

DE HIS QUI ECCLESIASTICA MINISTERIA P̄R ECCLESIĀ FACIUNT

VI. Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat. & dispiciens ecclesiam ea quae sunt ecclesiae uoluerit usurpare non conueniente prb̄o iuxta decretum epi. anathema sit.

DE FRUCTUUM OBLATIONIB; QUAE MINISTRIS ECCLESIAE CONFERUNTUR.

VII. Si quis oblationes ecclesiae extra ecclesiam accipere uel dare uoluerit p̄ter conscientiam epī. uel eius cui huius cemodi officia commissa sunt. Nec cum eius uoluerit agere consilio. anathema sit.

DE HIS QUI IN USUS PAUPERŪ CONFERUNT

VIII Si quis dederit uel acceperit oblata preter epm̄ uel eum qui constitutus est abeo ad dispensandam misericordiam pauperibus & qui dat & qui accipit anathema sit. DE HIS QUI IN UIRGINITATE CONTINENTIAQUE PERSISTUNT

VIIII. Quicumque uirginitatem custodiens aut continentiae studens uelut orescens nuptias temerat. Nec propter hoc quod bonum & scm̄ est nomen uirginitatis adsumit. anathema sit.

DE HIS QUI P̄P UIRGINITATE SUPBIUNT

X Si quis ex his qui in uirginitate propter dn̄m seruant extollitur aduersum coniugatos. anathema sit. DE HIS QUI AGAPAS ID Ē PASTIONES PAUPERUM RISUI DEPUTANT.

XI. Si quis despicit eos qui fideliter agapas id ē conuiuia pauperib; exhibent. & propter honorem dn̄i conuocant frs̄ & noluerit communicare huiuscemodi uocationibus p̄ar uipendens quod geritur anathema sit. DE HIS QUI PALLIIS

UTUNTUR ET IDCIRCO SUPBIUNT

II Siquis uirorum propter continentiam quae putatur amictu pallei utitur quasi per hoc habere se iustitiam credens & dispiciat eos qui cum reuerentiam byrris & aliis communib: & solitis utuntur uestibus· anathama sit· DE MULIERIBUS QUAE UTUNTUR UIRILIBUS INDUMENTIS

II· Siqua mulier propter continentiam quae putatur habitum mutat & pro solito muliebri amictu uirilem sumit anathema sit· DE HIS QUO UELUT PECCATUM COPULAM DESER NUPTIARU·

I· Siqua mulier uirum proprium relinquens discedere uoluerit nuptias execrata· anathama sit· DE HIS QUI XPIANITATIS OBTENTU DISPICIUNT FILIOS

Siquis filios suos relinquens non eos enutrit & quod ad se pertin& ad pietatem diuini cultus informat sed per occasionem continentiae neglegit· anathema sit· DE HIS QUI PARENTES XPIANITATIS OCCASIONE CONTEMPNUNT

I Quicumque filii a parentibus sub textu diuini cultus abscedun nec de[b]itam reuerentiam dependunt illis qui diuinum cultum sibi proculdubio pre ferunt· anathema sit·

DE MULIE[RI]BUS QUAE SE ADTONDUNT XPIANITATIS OBTENTU

II· Siqua mulierum propter diuinum cultum ut estimat crines adtondit· Quas ei dr̄ ad subiectionis memoriam tribuit·

tamquam praeceptum dissoluens. oboedientiae anathema sit.

DE HIS QUI DOMINICO DIE IEIUNANT ABSQUE NECESSITATE DISSOLUUNT

XVIIII. Si quis eorum qui continentiae student absq: necessitate corporea tradita in communione ieiunia & ab ecclesia custodita superbiendo dissoluit stimulo suae cogitationis impulsus. anathema sit. DE HIS QUI COLLECTIS QUAE FIUNT IN MARTYRUM COMMEMORATIONIBUS EXECRANT.

XX Si quis superbiae usus affectu conuentus abominatur qui ad confessionem martyrum caelebrantur. & ministeria quae in eis fiunt simul eorum memoriis execrantur. anathema sit.

ET SUBSCRIPSERUNT.

Elianus. basianus. pappus. proereus. Eusebius. osius. Basilius. eolaliu. Eugenius. olympius. ypatius. broerius. Bythinicus. gregorius. Filetus. bassurus.

EXPLICIUNT REGULAE GANGRENSIS CONCL.

INCIPIUNT REGULAE ANTIOCENI CONCILII. REGULAE EXPOSITAE apud anthiociam in encenius numer. XXV.

De his qui contraria regunt hisque regulariter de pascha statuta sunt. IN NICENO CONCL.

anno 363
Seruatum Cogente Meletio [illegible]

Omnes qui ausi fuerint dissoluere diffinitionem sci & magni concilii quod apud nicenam congregatum est sub psentia pussimi & uenerandi principis constantini de salutifera solempnitate sacratissimae paschae.